



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Augustini Barbosae ... Collectanea doctorum tam
veterum, quam recentiorum, in ius pontificium universum**


In Qvo Dvo Priores Decretalium Libri Continentvr

Barbosa, Agostinho

Lugduni, 1669

13. De ordinatis ab Episcopo, qui renunciauit Episcopatui.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95263](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95263)



De Scrutinio in ordine faciendo.

TIT. XII.



UPER hanc rubr. scripserunt Zabab. Bellam. Ioan. Andr. Anan. Panormit. Anchar. Butr. Ioan. de Londris in *breuiario sanctorum Canonum*, fol. 264. *vers.* Mart. Mesnartius in *epitome Decret.* fol. 18. *verso*, Guillelm. Durand. *Specul. in breuiario aureo iuris Canonici*, fol. 26. Dan. Venator, in *analyfi methodica iuris Pontific.* a pag. 66. Goffred. & Host. in *summa huius tit.* Alex. Callan. & Anast. Germon. in *paratilis ad quinque libros Decretalium*, Barthol. Carthag. in *exposit. titulorum iur. Canon.* nouissime Ioan. Honor. lib. 1. *summ. in Decretal.* omnes sub hac rub.

SUMMARIUM

- 1 Interrogatus in scrutinio Episcopi an ordinandus sit dignus, potest respondere illum dignum, si non nouit illum indignum, n. 2.
- 3 Dignum illum presumere debemus, quem nescimus indignum.
- 4 Bonus in dubio quilibet presumitur.

CAP. Ex parte vnic.

Innoc. III.

- 1 IN ordinationibus quando interrogatur an ordinandus sit dignus, & Archidiaconus respondet esse dignum quantum humana fragilitas parit, non peccat nisi de indignitate ordinandi ipsi constitit, ad verificandum enim dictum illud, sufficit si ipse nesciat ordinandum esse indignum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabab. Collect. Host. Anchar. Bellam. Ioan. Andr. Innoc. Panorm. Butr. Viuian. in *rationali primi libri iuris Pontificij*, pag. 192. Alagona in *compendio iuris Canonici*, pag. 102. remissimè Ximen. in *concord. p. 1.* refertur ab Anton. Ang. collect. 3. *Decret. lib. 1. tit. 10. c. 1.*


Circa materiam huius text. latè Campan. in *diuersorio iuris Canonici*, rubr. 3. de *scrutinio ordinandorum*, n. 14 cum seq.

- 2 Postulat sancta Mater, &c.] Per hunc text. tenetur, quod in illis rebus, quæ oculis intueri non possunt, nec aliquo sensu corporeo percipiuntur, potest testis deponere de credulitate sine causa, vel ratione concludenti, & illius testimonium est admittendum, ita in effectu gloss. *verbo, etsi*; Innoc. in *princip. apertius Abb. n. 1.* & alij in presenti, Bart. in l. 2. §. *idem Labeo* l. 2. n. 5. ff. de *aqua pluuiæ arc.* Felin. in *c. quoties* n. 10. de *testib.* las. in l. *ut vim* n. 4. ff. de *iustit. & iure* & in rub. ff. de *iureiur.* n. 7. Alex. conf. 100. n. 7. lib. 1. Hyppol. sing. 19 & in l. ult. C. de *probat.* Sed obstat, quod testes de credulitate non sunt admittendi nisi in suo testimonio reddant causam, seu rationem eiusdem testimonij concludentem, c. *quoties* 5. ibi, *rei veritatem accepisse à maioribus suis, de testib.* cum ibi citatis, à qua reg. non reperiuntur excepti testes deponentes respectu illorum, quæ nec oculis videri, nec sensu corporeo percipi possunt; accedit quod rationes, propter quas non admittuntur testes simpliciter de credulitate, omnes verificantur in re sensu corporeo non perceptibili, ac subinde nil mirum si in illa

debeat etiam verificari *isd. c. quoties*, Quapropter dicendum est text. in presenti esse intelligendum præcedente ratione concludente, quæ si præcedat, & assignetur, testis de credulitate potest testificari prout præcessit in hoc text. supposita electione facta de ordinato ab examinadoribus, ad quam se retulisse videtur testis de quo hic, prout colligitur ex mente gloss. *de verbo, etsi*, & Innocent. in *presenti*, Vel rursus potest intelligi, quod text. iste non agit de teste absoluto, & voluntarie testificante, sed de ministro, qui ex obligatione officij sui tempore consecrationis non simpliciter deponit, secundum suam credulitatem, sed secundum quid, hoc est, quantum humana fragilitas nosse sinat, unde illud testimonium credulitatis sic ratione officij prolatum censetur resolutum quoad effectum, de quo agitur, in scientiam probatam, ex qua idoneitatis de iure proferri potuit, & potest, quæ declaratio temperanda est non procedere quando testis contra producentem de credulitate deponit, tunc enim licet causam vel rationem concludentem non adhibeat, nihilominus tamen contra illum aliquam fidem facit, prout resoluunt Felin. n. 12. Mynsing. num. 25. in *d. c. quoties*, las. num. 9. ad d. rub. ff. de *iureiur.* Paris. conf. 50. num. 60. vol. 1. Marant. de *ordine iudic. p. 6. c. de testam. repul.* n. 16. figi- dem talis testis non solum quoad personam, verum etiam quoad illius dictum censetur à producente approbatus.

[Dignum debeat estimare.] Notatur ad hoc quod illud presumere debemus dignum, quem nescimus indignum. Ego ipse de *ess. io*, & *potestate Episc.* part. 2. alleg. 10. num. 16. in dubio quilibet presumitur bonus, Tiraq. de *prescriptionib.* §. 1. gloss. 2. pag. 87. *vers.* sed quo Bernard. reg. 65. Duen. reg. 71. Socin. reg. 39. Alciat. de *presumpt. reg. 3. presumpt.* 1. Cened. ad *Sextum, collect.* 29. n. 1. & 2.

In gloss. *Estimare*, ibi, *ut ibi periculum anime vertitur, &c.* Notatur ad hoc quod quando agitur de salute animæ, nemo presumitur bonus, ut per Menoch. de *presumpt. lib. 5. presumpt.* 1. n. 29. In dubio enim tutior pars est eligenda, Flor. de *Mena var. l. 1. q. 9. n. 18.* Vasq. l. 2. q. 19. art. 6. disp. 65. c. 3. & disp. 66. c. 1. Salas l. 2. q. 21. tract. 8. disp. vnic. sect. 17. n. 152. Sanch. in *Decalog.* lib. 1. c. 10. n. 10. & 50.



De Ordinatis ab Episcopo, qui renuntiavit Episcopatus.

TIT. XIII.



UPER hanc rubr. scripserunt Zabab. Bellam. Ioan. Andr. Anan. Panormit. Butr. Anchar. Petr. de Rauenna in *compendio iuris Canon.* Guillelm. Durand. *Specul. in breuiar. aureo iuris Canonici*, fol. 26. Martin. Mesnartius in *epitome Decretal.* fol. 18. *vers.* Dan. Venat. in *analyfi methodica iuris Pont.* pag. 68. Goffred. & Hostien. in *summa huius tit.* Alex. Callan. & Anast. Germon. in *paratilis ad quinque libros Decretal.* Barthol. Carthag. in *exposit. titulorum iuris Canonici*, nouissime Ioan. Honor. lib. 1. *summ. in Decretal.* omnes sub hoc tit.

SUMMARIUM.

- 1 Episcopus, qui renuntiavit loco tantum, imitatus conferre potest Ordines sicut prius; si vero & dignitatem renun-

De Ordinatis ab Episc. &c. Tit XIII. 167

renuntiavit cum ordinato per eum ad minores, vel ignoranter ad sacros dispensat Episcopus.

- 2 Decretalis hec scripta fuit circa annos 1150.
- 3 Episcopus renuntians loco potest alienum subditum cum licentia proprii Episcopi ordinare.
- 4 Episcopus renuntians loco retinet dignitatem, & ea, que sunt ordinis Episcopalis.
- 5 Renuntians loco, & dignitati non potest Ordines conferre etiam ex licentia alicuius Episcopi.
- 6 Ordines sacros scienter suscipiens ab eo, qui loco simul, & dignitati Episcopali renuntiavit, executionem officij non habet.

C A P. Requisivit. I. Alex. III.

Episcopus qui renuntiavit loco tantum, potest rogatus ab alio ordinario conferre omnes Ordines; si vero renuntiavit loco & dignitati, & contulit tantum minores Ordines, sic ordinatus potest exercere minores, & accipere maiores, quia minores aliquando conferuntur a non Episcopo; si contulit maiores, tunc ordinatus, qui scienter ab illo Ordines sacros accepit, est suspensus, qui ignoranter, dummodo non sit crassa, & supina ignorantia, potest discretus Episcopus cum illo dispensare. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Ioan. Andr. Bellam. Innocent. Anch. Host. Butr. Panorm. Viuian. in *rationali primi libri iuris Pontifici*. pag. 293. Alagona in *compend. iuris Canon*. pag. 103. remissive Ximen. in *concord. p. 1*. refertur ab Anton. August. collect. 1. *Decretal. lib. 1. tit. 7. c. 1.*

2 In superscript. text. ibi, *Alexander. III Toletano Archiepiscopo*. Hanc Decretalem Epistolam ab Alexandro III. Ioanni Archiepiscopo Toletano scriptam fuisse circa annos 1150. refert Francisc. de Pifa. *en la description de la Imperial Ciudad de Toledo lib. 5. c. 5. in fine*.

3 Nam in primo casu, &c.] Notatur ad hoc quod Episcopus renuntians loco, id est, administrationi, potest alienum subditum cum licentia proprii Episcopi ordinare, Abb. in *c. supplicationem*, num. 10. supra de *renuntiat. Flamin. de resig. lib. 1. q. 17. n. 11*, ego ipse de *offic. & potest. Episc. p. 3. a leg. 113*; num. 1. retinet enim dignitatem, & ea, que sunt Ordinis Episcopalis, Fulc. de *visitat. lib. 2. cap. 28. num. 10*. Flamin. d. q. 17. num. 5.

5 In secundo vero casu, &c.] Notatur ad hoc quod renuntians loco & dignitati non potest Ordines conferre etiam ex licentia alicuius Episcopi, si vero aliquem ordinaverit, ordinatus recipit characterem, faceri vero Ordinis sic suscepti executionem non habet, ut per Fulc. d. c. 8. n. 10. Maiol. de *regul. lib. 2. c. 6. num. 8*. quos refert, & sequitur Flamin. *quæst. 17. num. 19. & seqq.*

6 Sanè si ab eodem sacros Ordines, &c.] Notatur ad hoc quod suscipiens scienter sacros Ordines ab eo, qui loco simul, & dignitati Episcopali renuntiavit, executionem officij non habet, & tunc a solo Papa dispensatur: quando vero non scienter id fecerit, discretus Pontifex poterit dispensare, nisi crassa & supina fuerit ignorantia. Vide Bernard. in *practic. canon. c. 31. in nouiss. edit.* Namar. in *man. c. 27. numero 14. vers. tertio*, Fr. Emman. in *summ. p. 2. c. 14. ad finem*, Rebuff. in *reper. l. Barbarius*, num. 10. ff. de officio *Pret. Soar. tom. 3. disput. 31. sect. 1. in princ.* Sayr. de *cenfura*, lib. 7. c. 10. numero 27. Bonacina eodem tract. *disput. 7. quæst. 3. puncto 4. num. 8*. Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 3. c. 48. q. 13*. Valer. Regini in *prax. fori pen. lib. 3. n. 25. vers.*

quartus, & n. 190 & lib. 32. tract. 2. n. 69. Mar. Alter. de *cenfura*, tom. 1. disp. 9. c. 1. vers. *dubitari*, quos refero ego ipse de *offic. & potest. Episc. p. 2. alleg. 48. n. 1*. quibus adde Francisc. Leon. in *thesauro fori Ecclesiast. p. 3. r. 8. num. 39*.

S V M M A R I U M.

- 1 Episcopus dispensare potest cum ignoranter ordinatis ab excommunicato.
- 2 Dispensat Episcopus cum ordinato ignoranter excommunicato.
- 3 Excommunicatus non potest excommunicare.
- 4 Ordinis collatio facta ab occulto excommunicato valida est, & recipienti eius executio confertur.
- 5 Excommunicatus Episcopus durante excommunicatione sacros Ordines conferens an irregularis fiat, remissive.

C A P. Cum clericis. II. & fin.

Greg. IX.

Episcopus potest dispensare cum suis clericis, qui ignoranter receperunt Ordines ab Episcopo excommunicato. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Host. Anch. Bellam. Io. Andr. Innoc. Imol. Butr. Panorm. Vin. in *rationali primi libri iuris Pontifici*. pag. 294. Alagona in *compend. iuris Canon*. pag. 103. remissive Ximen. in *concord. p. 1. & 2.*

2 Probat hic text. quod cum ordinato ignoranter ab excommunicato dispensat Episcopus, ut per Bernard. in *pract. canon. c. 28. n. 1 in nouiss. impress.* Nam si recipiens probabiliter ignoravit Episcopum esse excommunicatum, aut suspensum, & Ordines suscipiat, illos exequendo non est reus alicuius culpe, supposita hac probabiliori ignorantia, nec incurrit administrando irregularitatem, sed postquam sufficientem habuerit notitiam, quod Episcopus a quo fuit ordinatus, erat excommunicatus, aut suspensus, abstinere debet ab usui Ordinum quovisque dispensationem obtineat, quam post dignam penitentiam ab Episcopo prænata causæ cognitione impetrare poterit. Ego ipse de *offic. & potest. Episc. p. 2. alleg. 48. n. 10. propositum* ubi etiam aduerto in principio illius numeri solum Romanum Pontificem dispensare in suspensione, quam contrahit ordinatus scienter, siue ex ignorantia crassa, vel probabili ab Episcopo excommunicato, quod & tenet Bernard. d. c. 28. n. 3. ubi Salzed. in *edit. lit. C. resolut* illum qui post Ordinem ab excommunicato susceptum scienter religionem proficitur, a proprio Prelato dispensationem impetrare posse; ibique addit idem esse si post Religionis ingressum id contingat.

3 In gloss. Excommunicato, ibi, sed nunquid potest alios excommunicare. Notatur ad hoc quod excommunicatus non potest excommunicare, quia sententia excommunicationis si feratur a iudice excommunicato, nullius est momenti, c. *audiuimus 2. quæst. 1. Lap. in c. si is cui, offic. deleg. lib. 6. Gemin. in c. 1. coll. penult. vers. in ea glossa, de officio Vicarij, lib. 6. & ibi Franch. n. 7. Soccin. in c. sacris, n. 264. de sent. excomm.* quos refert & sequitur Ant. Ricc. in tract. de iure personarum extra gremium Ecclesie existentium, l. 4. c. 18. num. 4. intellige cum Mario Alter. de *cenfura*, tom. 1. de *excomm. lib. 3. disp. 7. cap. 4. à princ.* Obstrictus vero minoris excommunicationis vinculo potest alios absolovere a censuris, & a peccatis, & actus iurisdictionis exercere, ita Vgolin. & Sayr. quos refert,

& sequitur Bonac. de censur. dist. 2. q. 3. m. 11. utiliter tamen aduerto quodd hodie cum iura permittant iudici tolerato exercere actus iurisdictionis, nisi iuxta Conc. Constantis denuntiatus, aut notorius clericus percussor, excommunicatus potest excommunicare in fauorem litigantis, aut alterius petentis aduersarium excommunicari: per exceptionem tamen apponi posset iudici quodd sit publicus excommunicatus, & quodd deiectus deicere alios & excommunicare non debet.

In ead. gloss. ibi, quodd excommunicatus confert Ordinem. Aduerte quodd non solum valet Ordo collatus ab occulto excommunicato, sed etiam recipienti Ordinis executio confertur, vt per Sanch. de mat. lib. 1. dist. 2. n. 35. excommunicatio enim Episcopi non priuat ab exercitio Ordinis vel officij donec fuerit declaratus, Rota decis. 534. n. 1. cum seqq. apud Farin. p. 1. recent. An autem excommunicatus Episcopus durane excommunicatione sacros Ordines conferens irregularis fiat, vide Rot. decis. 60. apud Farin. p. 1. in recent.



De Etate, & qualitate, & ordine præficiendorum.

TIT. XIV.

UPER hanc rubr. scripserunt Zab. Bellam. Ioan. Andr. Anan. Bald. Butr. Panorm. Ioan. de Londris in breuiario, sanctorum Canonum, fol. 164. vers. Petr. de Rauenna in compendio iuris Canon. Martin. Mefnartius in epitome Decret. fol. 19. Daniel Venator in analysi method. iuris Pontificij à pag. 69. Goffred. & Hostiens. in summa huius tit. Alex. Cassan. & Anastas. Germon. in paratulis ad quinque libros Decretal. Petr. Alphons. de Valconcel in harmonia rubr. sub hoc tit. Barthol. Carthag. in exposit. titulorum iuris Canonici, sub eodem, nouissimè Ioan. Honor. lib. 1. summa in Decretal. sub eod.

De materia huius tit. agunt Guillelm. Durand. in speculo iuris, lib. 4. sub hoc tit. Guttier. can. lib. 1. c. 26. Ego ipse de offic. & potest. Episc. p. 2. alleg. 11. & 16 & p. 3 alleg. 60. n. 64. cum seqq. Nic. Garc. de benef. p. 7. c. 4. de etate beneficiandorum, Nau. tom. 1. consil. sub hoc tit. 19. habet consilia, & Sayr. in floribus dec. sub eodem tit. decem ponit decisiones.

SUMMARIUM.

- 1 Prelatus si ex aliqua iusta causa ad sacros Ordines promoueri non potest, Prelaturam debet amittere.
- 3 Abbatis dignitas quanta sit, remissimè.
- 4 Decani officium, & dignitas quanta, remissimè.
- 5 Prepositus quis dicatur, ostenditur.
- 6 Abbates dicuntur Prelati.

CAP. Vt Abbates. I.

Conc. Pictauicn.

Abbates, Decani, Præpositi, & Archipresbyteri fieri debent Sacerdotes, Archidiaconi verò fiant Diaconi, & si nequeant fieri etiam iusta causa

prohibente amittant prælaturam. Collige ex Ordin. Abb. antiq. Zab. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Anan. Imol. Anch. Host. Innoc. Butr. Panorm. Viu. in rationali primi libri iuris Pontif. pag. 295. Alagon. in compend. iur. Canon. pag. 104. remissimè Ximen. in concord. p. 2. referat ab Anton. August. collect. 1. Decret. lib. 1. tit. 8. cap. 1.

De materia huius text. vide Azor. inst. mor. p. 2. lib. 6. c. 8 q. 11. & faciunt text. in c. cum in cunctis, §. inferiora, sup. de elect. & in clem. Vi ij qui hoc eod. tit. & Conc. Trid. sess. 12. de reform. c. 4.

Abbat.] Abbatis dignitas quanta sit ostendit Azor. inst. mor. p. 2. lib. 3. c. 17. Galganet. de iure publ. lib. 3. tit. 38. me citato in hoc loco nouissimè Hostiens. Roder. in compendio quest. Regularium ref. 1. num. 17.

Decani.] De cuius officio & dignitate agunt Flamin. de resig. lib. 1. q. 1. n. 86. Hieron. Roman. lib. 3. de Re. publ. Christiana, c. 10 in princ. Azor. d. l. 3. c. 17. quos refero ego ipse de officio, & potest. Episc. p. 1. tit. 3. c. 3. num. 7.

Præpositi.] Præpositus dicitur habens in Ecclesia dignitatem, quæ est interdum maior post Pontificalem, vt per Rebuff. in com. ad l. 124 ff. de verb. sign. vers. præpositus etiam dicitur, pag. 478. Galganet. d. l. 3. tit. 39. Illustr. D. meum Rodericum à Cunha in com. ad c. sancto um 2. n. 24. dist. 70. Azor. p. lib. 3. c. 18 q. 1. aduertens in Ecclesiis Germaniæ, Poloniæ, Flandriæ, & Angliæ Præpositum personatum, ac dignitatem habere, & alicubi iurisdictionem, & curam animarum, eo quod toti Canonicorum Collegio præsit.

Prelaciones admittant.] Notatur ad hoc quodd Abbates 6 dicuntur Prelati, vt per Azor. d. l. 3. tit. 10. lib. 9. tota recap. & alios per me citatos de appel. verb. sign. appell. 214. n.

SUMMARIUM.

- 1 Ecclesia dispensatiue minori concessa non per laicos, sed per clericos regi debet, donec ille perueniat ad etatem.
- 2 Declaratur text. in presenti.
- 3 Verba, viribus carere decernas, denotant totalem priuationem.
- 4 Beneficia simplicia attento iure antiquo poterat maior septennio obtinere.
- 5 Beneficium Ecclesiasticum attento iure Conc. Trid. nullus potest obtinere ante 14. annum.
- 6 Papa potest infanti beneficium simplex conferre.
- 7 Beneficij fundatione quando statutum est, vt illud etiam minor 14. annorum adipiscatur illi conferri potest.
- 8 Canonici non habet vocem in Capitulo, nisi in sacris saltem Subdiaconatus Ordine sit constitutus.
- 9 Minor 14. annorum non habet administrationem Ecclesiæ, nec bonorum sine decreto Superioris.
- 10 Minor qui veniam ætatis impetrauit, non potest bona immobilia alienare.

CAP. Ex ratione. II. Alex. III.

Ecclēsia quando ex dispensatione conceditur puero, vel minori, est regenda per clericos, non per laicos, donec ad etatem perueniat. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabarel. Collect. Host. Anch. Bellam. Ioan. Andr. Innoc. Imola, Henric. Panorm. Butr. Viu. in ration. primi libri iuris Pontif. pag. 295. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 104. remissimè Ximen.